

- 237 A carceratione appellans post decem dies debet allegare causa gravaminis de presenti non de praterito.
238 Relaxatio carceris an suspendatur per appellationem.
239 Contrarium eadem est dispositio.
240 Carceratio non suspenditur per appellationem a reo interpositam.
241 Jus idem est in actu conficiendo, quod in destruendo.
242 A relaxatione excommunicationis, non licet appellare.
243 Relaxationem carceris suspendi per appellationem, imò vim fieri declarandum, defenditur.
244 Ab articulo prejudiciali causa principali licita est appellatio.
245 Carceratio justa a principio, pariter & in causa appellationis ab ea.
246 Relaxationis carceris revocatio per superiorem fuisse illusoria, si relaxatus reus fuisset, appellatione pendente, & aufugisset.
247 Ratio qua vincit regulam contrariam, multò fortius eam, que pro ratione facit.
248 Ratio prohibendi appellationem a captura durat, & in ejus relaxatione.
249 & 250 Excommunicationis absolutio non suspenditur per appellationem, quia periculum est in mora, carceris autem relaxatio trahit periculum in festinatione.
251 A relaxatione carceris appellationi nisi deferat iudex vim facere, decernit Senatus.
252 Quæ doctrina limitatur in relaxatione carceris facta per suprema tribunalia, que non suspenditur per appellationem.
253 Relaxatio rei ob innocentiam non suspenditur per appellationem.
254 Decretum Senatus, quo vim fieri decernitur ob non delata appellatione ab injusta carceratione, an arretet iudicem deferre & simul relaxare reum a carceribus.
255 Appellatio a mandato de capiendo non suspendit capturam faciendam.
256 Captura post appellationem a mandato de carcerando tendit in faciliorem cause expeditionem.
257 Gestum in faciliorem cause expeditionem non venit ut attentatum revocandum.
258 A carceratione injusta appellationi deferendum decernit declaratio Cardinalium, reo tamen interim manente in carcere iudicis inferioris.
259 Appellatio a carceratione jam facta illam non reddit attentatam, nec ea pendente reus relaxatur.
260 Condemnatus jam, an & quando est relaxandus appellans.
261 Natura appellationis est omnia in presenti statu conservare.
262 Gestum precedens appellationem, & ejus tempus ad appellandum, non dicitur attentatum.
263 Relaxatio carceris appellatione pendente est attentatum.
264 Provisio Regia, & ejus decretum non comprehendit in repositione, nisi attentata injustè facta.
265 & 267 Carceratus appellans si virtute Regii decreti relaxaretur, interim de nihilo servitute deferre, cum appellatio gravamine cessante evanescat, & sic nihil superiori relinqueretur cognoscendum.
268 & 269 Gravaminis cognitio, & revocatio pertinet superiori Ecclesiastico, non autem Senatui Regio, cui tantum spectat determinatio super vi, & delatione.

CUM ille, sepulchrum vivorum, qui in omnibus mortui videntur, consummatio bonorum, consolatio inimicorum, & experientia amicorum, species torturæ, mortis similitudo, mala mansio, purgatorium hujus vitæ, & locus horribilis, carcer, tum propter privationem conver-

fationis, tum etiam propter squalorem, & immunditiam, quæ in carceribus reperitur, assignetur à jure delinquentibus, ut ibi detenti custodiantur, ne fugientes sui facinoris condignam poenam possint evitare; nempe delicta maneant impunita, l. 1. ff. de custodia reorum, & omnes criminalistæ: quapropter si justè à iudice facta sit carceratio, eo quod est mera interlocutio, à jure permessa & causæ necessaria, si ab ipsa per carceratum emittatur appellatio, non cogit Senatus iudicem Ecclesiasticum illam deferre, quia vim non facit, imò sibi causa remittenda est, cum & jus delationem neget, nec tunc gravat carceratio, ita tenet Philipp. in c. super eo, el. 2. de appellat. in c. ex parte, el. 1. col. 2. eodem tit. & Zerola in praxi Episcopali, 1. p. verbo appellatio, in q. 6. versiculo ad primum dicitur quod non, & alibi passim per Doctores argumento l. ante sententia tempus, C. quorum app. non recipi. & Conc. Trid. sess. 24. de reform. c. 20. & ea quæ in ejus declarationem adduximus supra p. c. 1. in princ. Camp. div. jur. rubr. 11. cap. 13. n. 312.

Quæ doctrina tunc vera est, & indubitata, quotiescunque carceratio justa est, & debitis solemnitatibus facta, non tamen quando injusta est, quia tunc meritò suprema tribunalia vim fieri declarant, si iudex justæ huic appellationi non detulerit, quia continet damnnum irreparabile, ita censuit declaratio Cardinalium circa d. c. 20. Conc. Trid. d. sess. 24. de reform. c. 20. vers. ab ista reparari nequeat, ibi: intelligitur etiam de gravamine indebitæ carcerationis, & ordinarius tenetur huic appellationi deferre, & sinere processum: interim tamen reo remanente in carceribus, donec iudex appellationis causâ cognitâ aliud jusserit. Hactenus de declaratione: & idem decisum fuit per interpretes Concilii Trid. 4. p. dec. novissimarum, quæ cum declarationibus Cardinalium sunt dec. 224. dec. 87. ibi: Congregatio Concilii censuit gravamen indebitæ carcerationis esse ex his, quæ per appellationem à diffinitiva reparari nequeunt, ideòque ab eo ante diffinitivam appellare licere ex decreto c. 20. circa principium: & ordinarius teneri huic appellationi deferre, & sinere processum transferri ad iudicem appellationis: interim tamen reo remanente in carceribus, donec iudex appellationis causâ cognitâ aliud jusserit, &c. Vide igitur injustam carcerationem causam præstare appellationi, ut ex pluribus Anton. Gomez 3. tomo varia. cap. 10. n. 10. uterque Barbosa, alter in l. 2. in princ. parte 2. num. 33. alter vero in remissio. ad Trid. sess. 24. de reformat. cap. 20. num. 10. Caldas Pereira in l. si curatorem habens, verbo per quod, num. 31. Soarez, & Donat. à Fin. tomo 2. communium opinio. lib. 9. tit. 3. num. 2. Mainard. decis. 25. lib. 2. Aloyfi Ricci. in collect. decis. p. 3. colum. 542. versic. primo. Prosp. de Aug. in additio. ad Quarant. in summa Bullarii, verbo Archiepiscopi auctoritas, vers. 18. auctoritas, n. 20. litera H. pag. 64. & 71. ubi refert prædictam Cardinalium congregationem, Franc. in c. super 12. n. 2. & 3. eod. de appell. Bal. in l. 2. vers. sed incidenter, n. 6. C. de Episc. audien. Ang. Areti. in l. 2. n. 27. ff. appell. reci. & idem Angel. in tr. de maleficiis, verbo presente dicto Cajó, n. 16. vers. quæ an app. Guido Papæ tr. de app. q. 30. n. 29. tom. 5. fol. 58. Lancel. de attent. p. c. 12. lim. 33. n. 4. qui quidem, & alii plurimi affirmant, & Camp. ubi supra, ut quando à carceratione propter injustè factam, putà, appellatur, ei deferendum sit; reo tamen in carcere manente, donec superior aliud præcipiat, ad cujus delationem, & iudicem omnino teneri, quapropter ut in hoc nullus decipiatur, diligenter festinandum, & declarandum est, quibus casibus carceratio injusta sit, in ejus appellatione vim iudex facere dicatur, de quo vide post alios Marq. de com. 1. p. c. 12. num. 54. Duenas reg. 52. lim. 1.

Et ad majorem claritatem, & distinctionem captura dicitur injusta, aut ratione jurisdictionis, aut ratione personæ, aut ratione temporis, aut ratione loci, aut ratione

ratione ordinis non servati, aut ratione causæ, & rei, de qua agitur, quorum vera, & exacta cognitio tibi advocato, & honorem, & lucrum, hoc in ministerio nostro degenti in tribunalibus supremis præstabit. In priori igitur, quoad primum dicitur injustus carcer, sive in eo detentatio ratione jurisdictionis, & sic ille, qui non habet jurisdictionem, vel eam habet, sed est incompetens iudex, carcerare non potest; quod si fecerit, carceratio ab ipso decreta, & invalida, & injusta reputabitur; ita consuluit Bald. conf. 285. vol. 1. col. 2. & consil. 318. col. 4. & in c. causam matrimonii, circa fin. de off. delegat. Prosper. Farin. in praxi crimi. lib. 2. q. 27. n. 3. aded ut faciens carcerare aliquem per iudicem incompetentem, perdat causam, secundum Paridem de Puteo in tract. syndic. verbo captura, c. 5. n. 6. fol. 128. Socinam conf. 99. col. 2. vol. 3. Decianum conf. 75. col. fin. Ananiam conf. 55. colum. 2. & ibi Bolognin. Doctores Curt. Juni. Purpu. & Jacob. de S. Georgio in l. magistratibus, & in l. cui jurisdictionis ff. de jurisdictione. omni jud. Curt. in tract. de sequestr. q. 27. Jaf. in §. 1. n. 9. inst. de actionibus, & in l. 2. col. 6. in fin. versic. nota tamen diligenter, ff. de jurisd. omni jud. Roeh. Curt. in c. at si clerici. in 3. nota de judi. Roland. consil. 65. n. 6. versiculo sed præmissis non obstant. vol. 3. quæ communis opinio est secundum Bonacofam, de qua tenetur in 1. p. jurarum communi opinio. versic. captura ad hoc, in fin. p. 19. colum. 2. secundum quorum intelligentiam, & doctrinam appellationem justam esse contat, vimque fieri à non deferente, eo quod detentatio injusta est. Quæ tamen regula licet in se vera sit, non tamen ita procedit, quando iudex incompetens aliquem carcerat, non ad effectum cognoscendi de ipsa causâ, sed ad remittendum captum suo iudici competenti, quo casu, cum nec possit de incompetenti iudicis allegari, & opponi justa meritò dicitur carceratio, ut notat Bart. in d. l. magistratibus, 1. q. receptus communiter ibi cæteris Doctores, qui dicit municipales magistratus non habentes potestatem cognoscendi causas majores, in quibus corporis, ac sanguinis poena imponitur de jure, posse delinquentes etiam majori, & corporali poena dignos incarcerare, & ad majorem remittere iudicem, text. in §. iudicem in auth. defensoribus civi. collatione 3. qui quamvis loquatur in defensoribus generaliter, intelligendus tamen est in omnibus iudicibus, ut tenet B. in d. l. magistratibus. ubi Purpu. n. 8. & 9. qui ampliat etiam si non sit periculum in mora, ff. de jurisdictione omnium jud. idem B. in l. si quis in servitute, ff. de furtis, per l. fin. ff. de off. præfecti vigiliæ, Boerius d. decis. 15. n. 34. ad medium, vers. & sic Dominus de Castellario Prosper. Fat. in 3. tomo præct. crimi. q. 27. n. 5. ubi adducit simile de iudice securari carcerante clericum deprehensum in flagranti, scilicet, vel causa proxima ad effectum illum remittendi ad iudicem suum Ecclesiasticum, de quo per ipsum in 1. tomo q. 8. n. 116. & Bobad. in Polu. l. 2. c. & facit etiam, quod de milite delinquente dicimus, captoque à iudice ordinario ad effectum illum remittendi ad suum iudicem militare, juxta text. in l. de militibus, & l. non dubium, & ibi gloss. & communiter Doctores, ff. de custodia reorum. Ex quibus etiam inferri potest ad vicarios foraneos, iudices non ordinarios, sed delegatos ad universitatem causarum, ut ex aliis dicit Zerola in praxi Episcopali, §. vicarius, 1. p. versic. 2. juxta glossam in dem. 2. verbo foraneo, de rescriptis, & ea, quæ ibi communiter Doctores, & quod not. l. §. 1. ff. quis, à quo appellat. quibus inter aliquas causas, criminalis non committitur ab Episcopis; imò aliquando specialiter prohibita, ut praxis observat, & an & vicario generali hæc cause criminales sub clausula generali intelligantur commisse ab Episcopo, addita saltem aliqua particulari causa requirente speciale mandatum expressa, ut est matrimonialis, beneficiæ, &c. secundum Maran. 4. p. d. 5. n. 16. vide pro resolutione Zerolam. ubi proxime, vers. tertium d. Salgado de protect. Reg.

bium, ubi affirmativè resolvit post disputationem in prædictis vicariis generalibus Diocesis. Igitur vicarii foranei; ubi jurisdictionem non habeant in causis criminalibus, ad hoc, ut de eis queant cognoscere, poterunt tamen delinquentem carceribus detinere post inquisitionem, seu informationem adductam, non ad effectum cognoscendi de causâ, sed remittendi ad vicarium generalem Diocesis, juxta doctrinam proximè à nobis relata, & stylum, praxinque vulgarem, à qua detentatione si delinquens detentus à carceratione appellaverit, auxiliùmque violentiæ protestatus, minimè in tribunali audiendus est, sed iudici remittendus, vel saltem hoc casu puto, tertium genus violentiæ dandum esse nempe: Remittendo lo al juez de que del puede cognoscer no haze fuerza, y no lo remite do, vim facit, deferat, & reponat, & hoc casu hoc decreti genus, & congruius, & securius est.

Rursus & ex hoc eodem capite, nempe jurisdictionis defectu fluit injustam dici detentationem, seu incarcerationem, si fiat à iudice delegato, qui cum non habeat merum imperium, ad ejus genus tangit carceratio ab ipso facta, propterea nulla, & injusta reputatur, ex defectu jurisdictionis, gl. celebris in l. consentaneum, & ibi Bal. in l. 3. col. versic. quero nunquid delegatus, C. quomodo, & quando jud. amb. de exhibendis reis, §. si vero etiam, col. la. §. & in anthem. rei qui jurat. ubi Bald. col. 5. vers. in nota, & Bar. 1. notab. C. de bonis auctor. jud. possid. & per Doctores in l. plerique, ff. de in jus vocando, idem Bald. in auth. omnino, col. 3. versic. circa personam iudicis, C. ne uxori pro marito. Alex. in l. jubemus, col. 2. ff. de jurisd. omnium jud. Purpur. in l. cui juris, num. 6. ff. eodem, Marti. in praxi crim. §. aringam, in fin. n. 78. & idem tract. de baninitis, in verbo capri, n. 51. Boerius decis. 215. n. 34. Conradus in praxi, tit. de captura, n. 2. ut sic hinc est, quod captura, pag. 266. col. 1. communem dicit Jaf. in l. cui jurisdictionis, n. 13. & ibi Curtius Junior. nu. 18. ff. de jurisd. omnium jud. Diaz in regula 179. incipit delegatus inferioris. Villalobos in communi opin. litera D. p. 218. incipit delegatus inferioris à parte, num. 27. Quod limitat ex aliis ibi, nisi timeatur de fuga, idem tenet Bonacofa commun. opin. 1. p. fol. 18. versic. 2. incipit, c. non potest facere quilibet delegatus, &c.

Quam quidem doctrinam ex eo fundant Doctores prædicti, & dicendi quod cum carceratio dicatur regulariter injusta, si fiat iudicis mandato non habentis merum imperium, & non existentis in majori magistratu, sed simplicem tantum jurisdictionem habentis, ut tenent Paul. de Castro in l. item proponas, C. de bonis auctor. judi. possid. quem sequitur Hippolytus de Marti. in præct. crimi. §. aringam, num. 77. & in tract. de baninitis, in verbo capri, n. 51. ubi allegat. text. in l. 2. ff. de orig. juris, & Doctores in l. imperium, ff. de jur. omni. judi. ubi late hæne materiam, & differentiam jurisdictionis, præcipue meri imperii adducunt Boer. d. decis. 115. sub n. 34. referens Purpur. in d. l. imperium, n. 226. faceretque dicit text. in l. 2. §. fin. secundum ultimam lecturam glossæ, ff. de judiciis, Conrad. in d. præct. d. tit. de captura, n. 1. vers. nec dubium erit, fol. 266. ubi declarat Decianus in tract. crim. tom. 2. lib. 7. c. 10. n. 23. & cum delegatus non habet, nec habere potest prædictum merum imperium, de cujus genere est citatio realis, seu personalis, qualis est carceratio, secundum Doctores relatores, meritò talem incarcerationem à simili iudice factam, indebitam esse ob defectum jurisdictionis, profiteretur communis, & extenditur, sive ante litis contestationem, sive post eandem Doctores, præcipue Jaf. & Villalobos ibi.

Quæ doctrina sic simpliciter, & indistinctè accepta, nihil mirum, ut intellectum obscurum reddat, si quidem videmus passim, delegatos cognoscere de aliis quibus criminibus, delinquentesque detinere in carcerem. Quam difficultatem ut evites, dicendum est, quod Princeps absque dubio potest causas meri, & mixti imperii, delegare indistinctè, l. 1. & ibi gloss. & DD.



C. qui pro sua jurisdictione, & etiam Jaf. in l. i. in princ. ff. de offic. ejus curi, & DD. in l. imperium. ff. de jurisd. omni jud. & in c. quod sedem, de off. ordinar. ubi per alios Abb. n. 8. & Jaf. in d. l. i. in princ. ff. de offic. ejus, disputant, an delegatus principis possit has causas subdelegare, quod hoc utroque jure, civili autem, ex modis, quibus Bartol. divisit merum imperium in l. imper. & ubi Jafon, & alii, Abb. in d. c. quod sedem, n. 5. versic. tertia regula, nempe: in imperium maximum, secundum, merum imperium majus tertium, merum imperium magnum, quartum, merum imperium parvum, quintum, merum imperium minus, sextum, minimum imperium, quorum omnium exempla ibi exacte videre poteris, & ista duo ultima possunt delegare judices inferiores à Principe etiam de jure civili, prout est merum imperium minus, quod est modica coercitio competens cuilibet magistratui, id est cuilibet habenti ordinariam jurisdictionem, quia jurisdictione sine modica coercitione nulla esset, l. magistratus, ff. de jurisd. omni jud. l. fin. ff. de offic. ejus, c. ex literis de offic. delega. c. p. foralis, eodem tit. Unde eo ipso, quod quis recipit potestatem ordinariam, siel delegatam, habet hanc modicam coercitionem. Alterum est merum imperium minimum, quod consistit in leviter multando ex l. fin. C. de mo. multarum, l. 2. Cod. de spons. & ista duo ultima possunt delegari de jure civili, quia competunt cuilibet magistratui, & ea quæ competunt jure magistratus, sunt delegabilia de jure civili, ut in d. l. i. ff. de off. ejus, superiora autem communiter tenent Doctores, quod non sunt delegabilia de jure civili propter gravitatem præjudicii, nisi propter necessariam absentiam, de quo latè in d. l. i. & in authent. de collatio. §. ad hac, & ubi supra locis jam relatis, de qua materia vide licet aliquantulum remissivè per Covar. lib. 3. var. cap. 20. num. 1.

27 De jure autem Canonico causæ meri, & mixti imperii delegari possunt etiam per inferiores à Papa, unde Archiepiscopi, Episcopi, & alii Prælati, & judices Ecclesiastici merum, & mixtum imperium habentes, poterunt illa alteri committere, & delegare, sicuti asserunt glossa in c. in Archiepiscopatu, de raptoribus, gl. in d. c. q. sedem, item glossa in c. provenit. 95. d. quarum sententiarum communem esse fatentur Panorm. Imola, & Alciatus num. 76. in d. c. quod sedem, & juniores in d. l. i. præsertim Curtius Junior n. 26. Alec. Jaf. Purp. n. 492. & Jacob de Nigris colum. 13. citantes text. in d. c. in Archiepiscopatu de rapto text. in c. aqua de conservatione Ecclesie, vel alia, c. vel in clem. vel mo. in 6. clem. 1. §. 1. de here. cap. licet, de offic. vicarii cap. cum opus, de offic. ordi. in 6. quibus juribus diligenter curat respondere Cov. ubi proxime, quam opinionem communem prædictam nec ei placere, nec displicere videtur, sed in ejus resolutione, & electione tepidum esse.

28 Igitur hac distinctione supposita, secundum eam intelligenda est, & reducenda conclusio, absolute relata supra nempe: delegatum non posse aliquem carcerare, cum non habeat, nec potest merum imperium; ut procedat jure civili, cum suis tamen limitationibus, nempe absentia, & quo casu causæ meri imperii delegantur ex dd. Doctoribus ubi proxime; jure autem Canonico indistinctè non procedit, attendita communi opinione, juxta quam merum imperium utique delegatur; & ideo si eo jure Ecclesiastico committatur, vel delegatur causa aliqua criminalis, cui lex permittit carcerationem, ab ipsa appellatio emissa injusta, & frivolæ reputanda est in Senatu, quo vim hæc fieri, causamque judicij Ecclesiastico remittendam, declarandam esse, jus est, cum jus Canonicum, quo uti debet judex Ecclesiasticus, attendendum semper est per Senatum circa has oppressiones, & violentias tollendas, & levandas, ut supra, 1. part. 36. latius diximus, & probavimus, & melius supra c. 2. §. 3. per totum.

Quid autem dicendum est, quando fit vera resolutio

illius questionis, quam Doctores disputant in l. nullum, C. de testibus, & Jaf. in l. i. §. fin. ff. de offic. ejus, ut delegatus in civilibus possit testem vacillantem torquere: an tunc possit ipsum capere, & in carcere detinere ad illum effectum. In quo affirmative opinor, tunc quia ubi est periculum fugæ, ut hic, potest tineri de teste torquendo, potest etiam inferioris delegatus capere, ut tenet Villalobos communium opinio. litera D. fol. 218. incipit delegatus inferior à princ. n. 27. Jaf. in l. imperium, n. 15. ubi Romanus ff. de jur. omnium, Petrus de Anch. in cons. 184. aliàs 192. incipit in auxilium veritatis, quem allegat Alex. in d. l. imperium. Et vide in confirmatione, quæ latè dicit Jaf. 33. ibi; tum etiam quia hæc tortura ad indagandam veritatem si delegato permittitur, necessaria est carceratio, ad eandem deveniendum, ac ideo censetur concessa, l. cui jurisdictione, ff. de jurisd. omnium, l. fin. in fin. ff. de offic. ejus cui mandata, c. præterea, c. suspitionis, de offic. delega. l. 3. §. fin. in fin. ff. de penu. leg. veteres, ff. de iunere actuque, sicque talem capturam debitam esse arbitror.

Rursus dicitur carceratio indebita, & injusta, si sit à privato facto, de qua regula, & limitationibus, videntur omnino infiniti auctores, quos in comprobationem adducit Prosper Farinac. in 3. tomo praxi cri. q. 27. à n. ubi etiam agit, quando quis incidat, vel non in peccatum privati carceris, de quo non curo, quia nostram materiam, & intentionem nihil tangit.

Deinde injusta dicitur derentatio ex hoc etiam capite jurisdictionis defectus, quoties carceratio fit à judice Ecclesiastico in laicos, etiam in his casibus, quibus competens judex est, sive in criminalibus, sive in civilibus, sive in spiritualibus, vel eis connexis (quos summa cum diligentia concessit doctissimi. Bobad. in polit. lib. 2. cap. 17. per totum, ) absque invocatione auxilii brachii sæcularis, Regiæque jurisdictionis: nam licet prædicti judices Ecclesiastici habeant jurisdictionem in prædictis casibus in laicos, hoc intelligitur, quantum attinet ad censuras excommunicationis, & alia remedia Ecclesiastica, ita tener eleganter Aufertius in cle. 1. n. 98. num. 3. sequentibus de off. ord. Rober. ubi proxime, n. 167. & alii infra, referendi; at quoad gladium temporalem, quantum ad usum, & exercitium, ut residet penes potestatem sæcularem, non possunt ipsi judices Ecclesiastici, nullis in casibus capere personas laicas, & eas incarceratione, nisi prius invocaverint auxilium prædictum brachii sæcularis, text. est in capite 1. de offic. ordinar. cap. postulasti, de judiciis, capite postulasti, de homicidio, capite cum Episcopus, de offic. ordinar. in 6. l. 59. in fin. titulo 6. part. 1. l. 14. & 15. tit. 2. lib. 4. & l. 6. tit. 4. lib. recopil. & ultra ordinarios in d. locis, latè hanc doctrinam comprobant Boëtius decis. 217. num. 11. Aufie. in d. clem. 1. num. 93. cum sequentibus, de ordinariis, Lanfran. in clem. dispensatio, num. 9. de judiciis, Alexand. consil. 130. num. 3. volum. 4. Montal. in reperto. tit. regni, verbo judex Ecclesiasticus, folio 61. colum. 4. latè Palac. Rub. super cap. per vestras, §. 4. nota. 2. incipio, sed est pulchra dubitatio, n. 17. & sequentibus, pag. 499. de donationibus inter virum, & uxorem, Covar. in pract. quæst. 6. 10. num. 1. & sequentibus, Mencha de successore and. §. 22. n. 17. Avenda in cap. 1. prato. n. 22. Aviles in cap. 20. pratorum, gl. usurpe, n. 14. cum sequentibus, Redin. de majestate Princ. versiculo sed gratiam per legitimos tramites, n. 141. & sequentibus, fol. 32. Julius Clar. in pract. crimi. §. fin. quæst. 37. numero 8. qui dicit hanc communem opinionem, Dida. Perez in l. 4. l. i. gl. in verbo, que la ayuda del brazo seglar, col. 473. l. ordinam idem in l. 49. in additione, tit. 19. lib. 8. ordin. pag. 396. Rolandus consil. 37. n. 4. volum. 4. Paz in praxi, 2. tomo, prælud. 2. num. 55. & sequentibus, & plures refert Salzedo super pract. Bern. Diaz, c. 22. litera A. versiculo illud etiam, folio 418. in cap. 151. num. 1. & sequentibus, & num. 16. pag. 504. & sequentibus, & idem Sal. ad regulam ejusdem Bernar. Diaz. in reg. 399. versic. novum dubium, Michaël Timoth. de visitat. Eccles. lib. 3. tract. 1. versic.

versiculo secundum est, Joan. Garc. de nob. gloss. 9. n. 53. versic. 6. concl. Joann. Gutier. lib. 1. practio. q. 45. fol. 106. per totam, & infinitos alios relatos à Bobad. in d. Polit. lib. 2. cap. 17. n. 167. litera F.

39 Hujus igitur auxilii invocationis ommissio nullam, injustam, & indebitam reddit carcerationem, pro cujus violentia adhiberi posse suprema tribunalia, ut tenet Joannes Garcia de nobilitate, d. gloss. 9. n. 32. in fin. & num. 53. versiculo sexta conclusio, & Bobadilla ubi proxime, d. n. 167. quod dupliciter accedere potest: vel ut sibi deferat appellationi à tali incarceratione propositæ, quem emittere legitime posse arbitror, tum propter ea, quæ diximus supra, ad princ. hujus §. ex decision. Rotæ de declaratione Cardinalium ibi relatis, permittentibus appellationem ab injusta carceratione, ut ista est, tum etiam ex his, quæ inferius dicenda sunt, circa illam partem de carceratione facta non servato ordine, quo casu deferendum esse tribunal dicit.

40 Alia etiam viam potest accedere captus, quæ sibi præstantius consulatur; nempe, petendo actum, sive decretum laicorum, quod vocant pragmatice, auto de legos, & tunc vim fieri declarant Senatores, remittentque causam, & captum ad suum judicem competentem, de ipso carcerato valentem cognoscere, vel etiam multoties retinetur apud ipsamet tribunal, si causa talis est, in qua incompetens Ecclesiasticus judex est omnino, vel est mixti fori, sed tamen proventa à judice laico, secundum ea, quæ latè dicit cum pluribus Bobab. ubi supra, num. 163. cum tribus sequentibus. Si verò causa carcerationis est omnino Ecclesiastica, vel mixti fori, & non præventa à judice laico, tunc à tali captura facta sine auxilio brachii sæcularis, appellationi emissa delationem attribuet decretum, sive actum tribunalis, ut supra diximus.

42 Similiter dicitur injusta, & indebita carceratio facta à judice, & habente jurisdictionem, ea tamen fundata super aliqua qualitate putæ, notorietate, manifesto, & similibus, si prius de ipsa qualitate non constat, saltem per informationem summariam: carceratio facta non tenet, etiam si aliàs de ipso delicto constet, deficiente tamen ejus qualitate, tanquam fundamento suæ jurisdictionis: nam regula generalis est, quod jurisdictione fundata in aliqua qualitate, ipsa non apparente, evanescent, quod quidem latè examinant, multis relatis, Abb. in cap. si clericus, de foro compet. & melius plures opiniones diversas, & contrarias refert Marianus Socini, ubi, versic. circa undecimum articulum, de quo similiter in rubr. & c. per multas columnas, qualitas enim, quæ jurisdictionem defert, ante omnia discuti & probari debet, l. 2. sed si dubitatur, ff. de officiis, l. si quis aliena, eod. tit. l. 1. §. aut prætor, ff. ne quid in flumine publ. l. prætor, §. docere, ff. de vi bonorum rapto, Bart. in l. multum ff. de cond. & demonstr. & in l. si finita, §. Julianus, ff. de damno infecto, Paris de Put. de syndic. §. judices puras, colum. 3. vers. judicis semper, n. 12. cum aliis relatis per Andream Gail. in tract. de pace publ. cap. 12. n. 12. & sequentibus, lib. 1. Prosper. Farinac. tom. 1. quæstion. 8. num. 86. & quæst. 11. num. 87. & consilio 10. num. 26. Lapum alleg. 59. num. 3. versiculo item Innocent. Vant. de nullitat. sentent. de defectu juris, num. 53. multa congegit Cardin. Tusc. practio. conclusio. tom. 6. litera Q. conclus. 18. à num. 1.

45 Et licet ad tribuendum jurisdictionis exercitium, satis sit, quod in libello deducatur qualitas jurisdictionem attribuens (licet de ejus veritate dubitari possit, prout notat Antonius de Butrio in cap. ceterum, versic. venio ad glossam, de judiciis, quem sequitur Millius in repertorio, verbo judex qui vult procedere, Lapus dicta alleg. 59. in Dei nomine, versic. quaritur, & allegat. 65. incipit nunquid, post princ. Angel. consil. 6. incipit dictum statutum, nu. 1. Anton. de But. in cap. si clericus laicum, num. 3. de foro competent. & ibi Abb. nu. 12. vers. redeo Salgado de Proteg. Reg.

ad dicta Innocent. in sap. cum sit generale, de for. cum per. Roma. consil. 208. hæc interpretatio, in fin. Farin. d. quæst. 8. sub num. 86. Tuschus de conclus. 18. num. 10.) tamen si à principio ex adverso ipsa qualitas negetur, ad impediendam jurisdictionem, debet saltem summariè; plenè tamen probari, & de ea constare, secundum communem Doctorem opinionem, de qua testatur Alexand. consil. 1. num. 8. l. 5. Felin. in cap. si clericus laicum, columna 2. versic. prima conclusio, de foro competente, Aymon. consil. 196. & si abundè, colum. 2. in fin. Afflic. decis. 197. incip. pluries, Anton. de But. Farinac. & Card. Tusch. locis proxime citatis.

Et an illa dicitur injusta carceratio, & captura concubinae, alicujus clerici facta à judice Ecclesiastico: nam si ipsa concubina uxorata, & maritata est, id hoc, ut de ea queat cognoscere, debet esse concubinatus notorius aliàs autem non, juxta Concilium Tridentinum sess. 24. c. 8. ea quæ latè adducit Bobad. ubi supra, à num. 53. & 54. & quando dicitur notorius seu publicus concubinaris, vide latè Tiberium Decian. tom. 2. crim. lib. 6. cap. 21. n. 9. quem vide omnino.

Quò pertinet etiam, ut judex sæcularis, licet possit cognoscere de concubinariis, hoc tamen intelligas contra concubinam non occultè, sed publice, & manifestè, sive sint soluti, sive conjugati, & c. l. 12. & 3. titulo 19. lib. 8. recopil. Boëtius decis. 72. colum. 1. nu. 2. cum sequentibus. post Ancharran. in regul. ea quæ. n. 28. versiculo ego tunc distinxit, de regul. jur. in 6. Avend. in cap. 26. præcor. 2. part. nu. 7. Anton. Gomez. in lib. 80. Tauri, num. 20. & 21. plures per Salcedum in praxi Bernard. Diaz, cap. 79. litera B. pag. 272. versic. & non solum, Cænedum in columna ad decreta. fol. 154. nu. 3. & ut cæteros taceam, vide Bobadillam, ubi supra, n. 54. litera C.

Dicitur etiam injusta, & indebita carceratio, si fiat à judice aliquo in aliqua persona habente salvum conductum à Principe concessum, nam tunc eo mediante, incarcerationi, ac molestari nemo potest, Cynus in leg. præsentis, Cod. de his qui ad Ecclesiam confugiunt. Angel. de malefio. in verbo quod fama publica præcedente, & n. 60. versiculo Cynus verò, & c. Nellus in tract. de banni. 2. p. 2. tempore, quæst. 11. vers. & circa primum, ubi plura adducit jura, in quibus de tali securitate tractatur, & versic. Cynus verò post Petrum indistinctè, eandem securitatem servari debere, concludit Parisius consilio 68. num. 178. lib. 4. Paulus Castrenf. consilio 432. in 5. dubio, columna penult. num. 9. versiculo venio ad quintum, lib. 4. Jacob. Novell. regul. 182. incipit, salvum conductum, in princ. ubi alios adducit concordantes Cagnolus in leg. ea est natura cavillationis, num. 19. ff. de regal. jur. Nicolaus Moron. in tractatu ff. de treng. & pace, q. 105. num. 10. dicens quod quando salvus conductus reperitur concessus, sub epistola Principis, habere debet vim legis, per l. 1. ff. de constitutionibus Principum, Franc. Hercul. in tract. de caus. non offenden. titulo de salvo conducto, c. 37. num. 10. & num. 11. qui etiam dici obtinere in salvo conducto non solum ad tempus, sed etiam perpetuo concessu, ut etiam de magis communi testatur Bertazz. in consilio 359. num. 1. & sequentibus: quod etiam procedit non solum in salvo conducto obtente circa delicta atrocissima, ut de magis communi opinione contra alios contrariam tenaciter amplectentes testatur Prosper Farinac. in praxi crimin. quæst. 19. à num. 4. tom. 3. & alii plures ab ipso relati, apud quem rationes hinc inde adductas videre latè poteris, quam doctrinam etiam num. 6. ampliatur ex Guido Pap. Bertazz. Burfat. Meno. & aliis ad salvum conductum, & securitatem factam, & concessam hosti, & in sequentibus numeris alias latè prosequitur ampliaciones, ad quem sufficet lectorem remittere.

Unum tamen necessarium, & utile non omittam, nempe, captum sub salvo conducto, eo quod & injustè, &